



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XLVIII. de Dispensationibus in gradibus consanguinitatis, vel
affinitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

civile, & non pratorium *l. as. d. loco.*

C Electa industria persona. Quo casu delegatus etiam à Principe summa potestatis non potest subdelegare quia ab ejus persona recedit non potest ut dicitur in *rot. in una Perusine Concordia. 10. Junij 1603. cor. am R. P. D. Pamphilio. qua. decis. extat apud Farinacium part. 2. decis. 462. num. 3. in Noviss. per cap. f. d. deleg. ubi latè DD. scribunt quando dicatur vel censeatur electa industria persona, vide etiam supra ubi notat per clausulam *Tuam conscientiam oneramus*, ceteri electam personam industriam per not. Bald. in c. si pro debilitate col. 4. de officio deleg. Panor. in c. cum inveteri per illum text. de electio. multo magis quando Papa sic mandat, per te ipsum cognoscas vel exequaris, ut hic dicitur: nam tunc quidem de partium consensu potest subdelegare, quasi tunc electa sit ejus industria *l. as. d. num. 11. vers. sexto limita.* In subdelegato verò vel delegato ab ordinario perspicuum est illum non subdelegare: cum non habeat propriam jurisdictionem, sed mandatum, & sic alieno beneficio utatur *text. in l. more veterum cum l. seq. ff. de iuris. om. iud. & in d. leg. à iudice*, ubi latissime Jafon quia inter ceteras limitationes ponit hanc, nisi partes non se opponant de qua quia lite contestata coram subdelegato amplius apponi non potest; cum sit exceptio dilatoria quæ litæ contestata tollitur, *l. Pomponius §. Rationabilis ff. de Procur. l. Ita demum C. eodem Jafon. d. l. A. Iudice num. 10. C. de iudic.**

*Argumenta in Regul. XLVII. INNOCENTII VIII.
qua est XLVIII. PAULI. V.*

- | | |
|--|--|
| <p>1. Publica honestatis justitia dirimit matrimonium.</p> <p>2. An expressa affinitate censeatur expressa aut comprehendendi publica honestatis justitia.</p> <p>3. Quando statutum dat certam formam non oportet perferutari aliam scripturam etiamsi in ea fiat mentio alicujus scripturæ.</p> <p>4. Hæc Reg. non est danda, quia concernit litterarum expeditionem, nec habet decretum irritans.</p> <p>5. Matrimonium cum rapta, quando valcat.</p> | <p>6. An stante dispensatione Papæ in gradu prohibito, censeatur quis ab interdictis ab excommunicatione Clericorum de consanguinitate, & affinitate.</p> <p>7. Matrimonium contrahere impeditur cum ea quæ cognationis vinculo conjuncta est ipsi cum qua sponsalia ante traxi.</p> <p>8. Gradus affinitatis in publica honestatis justitia, quis hodie attendatur ex constit. Concilij Trid.</p> <p>9. Papa dispensans super impedimento publicæ honestatis justitiæ, censeatur dispensare super legitimitate filiorum etiam</p> |
|--|--|

etiam respectu successionum & hereditatum.
10. Nuncio Hispanie solet dari facultas dispensandi super quocumque impedimento publicae honestatis ex sponatibus.

11. Papa potest dispensare quoad raptam si velit.
12. An in impetratione dispensationis in gradu affinitatis sit necessaria expressio impedimenti iustitiae publicae honestatis.

Regula xlvii. Innocentij viii.
qua est xlviii. PAULI v.

DE DISPENSATIONIBVS IN GRADIBVS CONSANGVINITATIS VEL AFFINITATIS.

Item voluit, quod in litteris dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula: *si non fuerit*: & si scienter, ponatur clausula addita in quaterno.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ita Regula dicit, quod quando petitur dispensatio à Papa super aliquo gradu prohibito à iure consanguinitatis & affinitatis, aut etiam publicae honestatis, tunc Cancellaria, vel etiam Penitentiaria ponit clausulam, dummodo tamen dicta mulier rapta non fuerit: & si expressum est quod scienter contraxerunt matrimonium, debet poni clausula addita in quaterno Cancellaria, quae dicit quod separentur ad tempus, quousque ad arbitrium Commissarij congruentem egerint penitentiam, & postea dispenseretur secundum hoc dicit.

Ceterum in quantum textus hic exprimit gradum consanguinitatis, vel affinitatis, vel etiam prohibitorium, istud ultimum intelligi debet de publica honestatis iustitia: puta si frater contrahit matrimonium cum maiori septennio, vel minori xii. tunc licet ibi non sit affinitas, tamen est publica honestatis iustitia, quae etiam dirimit matrimonium illicitas & cap. accessit de despon. impub. & cap. juvenis de sponsa. & cap. u. de od. tit. lib. vi. id est si ego volo secum contrahere, oportet habere dispensationem & cap. & debet serrari ista Regula. & si dicatur quod expressa affinitate etiam hic veniat publica honestatis iustitia, ut vult glo. in verbo ii. & iii. in cap. non debet de consang. & affini. tamen debet intelligi quando dispensatur principaliter super affinitate: & in consequentiam veniat publica honestas, alias secus: nam ubi est publica honestas tantum.

Kkk

tantum.

tantum, tunc debet exprimi per se. Et sic intelligitur glo. contraria in arbitrio consanguinitatis, secundum Abb. in d. c. non debet, ideo fuit necesse hic ponere ista verba: *secundum*: quia refert se ad aliam scripturam. Et in hoc casu perinde est, ac si totum illud illius clausula infereretur, ideo oportuit illum quaternum videre, facit c. cum venerabilis de exc. & auth. si quis in aliquo documento C. de edend. Nec obstat illud quod dicit Baldus in c. r. §. si. quilibet olim feu. alien. pote. coll. x. qui dicit quod quando statutum per se certam dat formam, non oportet perscrutari aliam scripturam, etiamsi in ea fiat alicuius scripturae mentio: quia illud verum est, quando infereretur illa clausula: alias secus, per ea que dixi; Et sic loquuntur iura facientia mentionem de obitu Prætorum in primo casu, ut dicit Baldus. Et ideo debuisset hic inferri ista clausula: audio quod Penitentiaria servat hanc Regulam, sed de separatione nescio, & Camera etiam debet illam servare. Existimo autem quod non sit danda, quia concernit expeditionem & non habet decretum irritans, & credo quod si ista clausula non ponatur, sit simpliciter, transeat bulla, quod coram Iudice commissario posset opponi, & quod videtur subrepticia bulla arg. c. quod dilecto & cap. quia circa & quod ibi not. maxime per Doct. de consang. & affin. juncto c. postul. sti de Rescript. Tamen ponitur ista clausula ad iustificationem Ecclesie; & prima clausula, scilicet dummodo rapta non fuerit, fundatur in c. fin. à contrario sensu in fin. de rap. nam licet de iure canonico valeat matrimonium contractum cum rapta, dum tamen dissensus transeat in consensum, tamen hoc verum si alias sint habiles persone ad contrahendum ut in d. c. fin. Item secunda clausula quod separentur, fundatur breviter in c. ex litteris, de consang. & affin.

COMMENTARIA IO. à CHOKIER.

- A** *Vel alias prohibitum*) An autem eo ipso quod Papa dispensat matrimonium contractum in gradu prohibito sint absoluti qui contraxerunt ab excommunicationis rigore etc. v. de consang. & affin. absque eo quod in rescripto de excommunicatione fiat mentio? vide Rom. cons. 306. concludente in quod sint absoluti. Plura de dispensationibus consule Bonaguid. de Aretio tract. de dispensat. & Joan. Rondeum Gallum in simili tract. de dispensat. per Episcop. rub. 14. tract. Occaniuris vide etiam Rebuff. in praxi tit. de dispensat. in grad. prohib. glo. 7. per tot. Et ad nauseam Sanchez de matrimonio lib. 8. per tot.
- B** *De publicæ honestatis*) Quæ exprimenda est quæ requirantur in dispensatione publicæ honestate, consanguinitate affinitate vide Sanchez d. lib. disp. 24.
- C** *Et debet servari ista regula*) Adde aliud exemplum publicæ honestatis iustitiæ, puta quæ ex legitimis sponsalibus sive de futuro, sive de presenti (non

tamen sub conditione contractis *Covar. tom. 1. part. 2. c. 6. §. 2. num. 4.*) mulieris oritur, quæ conjuncta est ei, cum qua nunc vir in matrimonium contrahere desiderat: ut ecce si cum Berta sponsalia contraxerim, nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo est conjuncta, matrimonium contrahere, publicæ honestate impeditur: turpissimi enim visum est exempli, ut ei quis nubere valeat, cujus conjunctam sponsalia frangendo deceperit, ne in eandem ejus nubendo conjunctæ quasi injuriam cumulet. Adde & alia impedimenta publicæ honestatis, quæ latè recenset Sanchez de matrimonio *lib. 7. per totum.* Illud certum ex matrimonio contracto per verba de præsentibus etiam non consummato, oriri affinitatem vel impedimentum Justitiæ publicæ honestatis, & fortius & majus vinculum, quam impedimentum Justitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro, ut resoluit S. Congregatio Interpretum Concilii Trid. *ad Sess. 24. c. 3.* Oritur etiam impedimentum ex sponsalibus contractis per verba, seu excoiora signa consensum experimentia, etsi interior consensus desit, *Covar. tom. 1. p. 2. c. 6. §. 2. num. 3. & Thom. Sanchez d. lib. 7.* ubi plena manu hæc tractat. Conjunctio tamen in publicæ honestatis justitia attendi debet non ut olim usque ad quartum gradum *c. non debet de consang. & affinit.* cum ea restricta sit intra primum gradum ex dispos. Concil. Trid. *sess. 24. c. 3. de Reform. Lancel. lib. 2. insit. turp. Canonici tit. que matr. imped. pos. §. publica quoque honestatis,* & latè Sanchez de matr. *lib. 7. disput. 67. num. 10.* quod impedimentum Papa tollere potest & dispensando in consequentiam dispensat super legitimitate filiorum, etiam respectu hereditatum & successionum, de quo in *c. per venerab. & c. referente qui filij sunt legit. Lancell. d. tit. §. fin. in glo. verb. permissionem,* qua de re proxima reg. dicemus. Adverte tamen quod in Hispania etiam Nuntius dispensat super quocumque impedimento publicæ honestatis, ubi sponsalia solum intercesserint, dummodo mulieres raptæ non sint, *Nicol. Garcia tract. de leg. p. 11. c. 5. §. 4. num. 367.* An autem in dispensationis impetratione, in gradu affinitatis sit necessaria expressio impedimenti Justitiæ publicæ honestatis, vide Boerium *decif. 263. num. 38.* & Sanchez *d. loco.*

D *Deber illam servare*) Papam posse non obstante hac reg. dispensare, dummodo accedat parentum consensus Rebuffi scribit, licet non soleat inquit, cum res foret mali exempli, *tit. de dispensat. in grad. prohib. glo. 6.*

E *Dispensus transeat in consensum*) Nodum raptoris, & raptæ, sed & parentum, secundum Barbat. *consil. ultim. in fin. volum. 2.* quem refert Rebuffus *dito tit. & glos.*

F *Secunda clausula quod separentur*) Rebuff. *hic in addit.* hæc ita explicat, quod si raptor scienter contraxerit cum raptâ, & petatur dispensatio à Papa, tunc apponetur clausula in Quinterno posita, ut separentur ratione delicti pro tempore

tempore: quousque ad arbitrium Commissarij congruam egerint pariter-
tiam. c. ex litt. de eaq. cog. conf. ux. & postea dispensetur cum illis, & facta
dispensatione, omnes pœnæ legales cessabunt; ut videtur innuere glossa in cap.
cum de puell. 36. quest. 2.

*Argumenta in Regul. XLVIII. INNOCENTII VIII.
qua est XLIX. PAULI V.*

1. Legitimus per Papam non censetur legitimatus in præjudicium venientium ab intestato.
2. Legitimus per Imperatorem non censetur dispensatus quoad ordines nec quoad beneficium.
3. Contrariorum eadem est disciplina.
4. Rescripto Papæ vel privilegio non derogatur juri tertij.
5. Hæc Reg. non est danda.
6. Filius præbyteri hic legitimari per Papam non potest, ut succedat in bonis præbyteri; secus si dispensetur ex certa scientia, ut num. 7.
8. Hæc Reg. loquens de venientibus ab intestato intelligitur non solum de filijs, sed etiam de alijs remotioribus.
9. Pii V. Constitutio vetans filiis spu-
rijs, eorumque filiis & consanguineis aliquid relinquere.
10. An Legitimus excludat à successione parentum, filias, quæ à statuto privantur successione parentum extantibus masculis, & quid in feudis.
11. Hodie Papa dispensat ad obtinenda quæcumque beneficia exceptis dignitatibus, & præbendis in cathedralibus, ac principali in collegiata.
12. Episcopus potest dispensare cum illegitimis ex quocumq; coitus adminores ordines & beneficia sine curam.
13. Pius V. annullavit legitimaciones de naturalibus spuris factas in præjudicium venientium ab intestato.
14. Dispensatio est ostendenda ordinarijs inquirentibus.

Regula XLVIII. INNOCENTII VIII.

qua est XLIX. PAULI V.

DE DISPEN. SUPER DEFECTU NATALIVM.

Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, quod non præjudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

GLOSSE